

NICOLAI COPERNICI

triangulo A E K duobus lateribus datis E A, 10174. qualium est A K, 229. & angulo E A K, patefiet angulus A E K partis unius, scrup. xvii. Hinc etiam qui reliquus est sub K E D, partiū erit LXXII. scrup. x. Similiter ostendetur in triangulo B E D. manent enim

semper æqualia prioribus latera B D, D E. Sed angulus B D E, datur partiū ii. scrup. l. exhibit, ppter ea B E basis part. 9314. qualiū est D B, 10000. Et angulus D B E partis unius scrup. XII. Sicqz rursus in triangulo E L B, duo latera sunt data, & totus E B L angul' pt. CLXXVII. scrup. XXII. dabitur etiā qui sub L E B angulus, scrup. III. unus partis. Collecta simul scrup. XVI. cum ablata fuerint ab F D E angulo, relinquuntur

part. CLXXVI. scrup. LIII. Quæ sunt anguli F E L, à quo cū ablatus fuerit K E D, part. LXXII. scrup. x. supersunt partes CIII. scrup. XLIII. Suntqz ipsius K B L, anguli apparentiæ inter primum & secundum obseruatorum terminorum congruentes ferè. Itidem tertio loco per triangulum C D E datis lateribus C D, D E, cum angulo C D E, qui erat part. XXX. scrup. XXXVI. Demonstrabitur E C basis part. 9410. & angulus D C E, part. II. scrup. VIII. unde totus E C M part. CXLVII. scrup. XLIII. in triangulo E C M, quibus ostenditur C E M angulus, scrup. XXXIX. & exterior qui sub D X E æqualis ambobus interioribus E C X, & C E X, opposito part. II. scrup. XLVII. quibus D E M, minor est ipsi F D C, ut sit G E M, reliquus part. XXIII. scrup. XXIII. & totus L E M, part.

XXXVI.

